

GEORGIVS SIGISMUNDVS SELDIVS DVO-
RVM IMPERATORVM PROCANCEL/
larius



Georgius Seldius natus est Augustæ anno Christi millesimo quingentesimo & decimo sexto, uicesima prima die Ianuarij, ex Georgio Seldio familiæ Augustæ celebris, iam quadrigamo & sexagenario, Geometriæ & aliarum Mathematicarum rerum peritissimo, matre uero Prisca Schallerin honestissimæ familiæ matrona, sed in nuptijs ætate ferè puella, quæ quidem etiam post huius mariti obitum, aliij iuncta viro, progegenuit Doctorem Iohannem Hegenmullerum, pridem Bauaricum consiliarium, postmodum & Cæsatium, aliquandiu etiam iudicij Cameræ Imperialis assessorem.